

- 15 Etiam in monasteriis Monialium, in quibus non observetur vita communis, non debent recipi puellae neque ad habitum, neque ad educationem, licet haberent licentiam Sacrae Cong. quae non deroget in specie decreto Generali; Sac. Congr. in *Placentina*. 4. Septembr. 1603. in *Pisana* 6. Octobris ejusdem anni, in *Vercellen.* 18. Maii 1616. in *Messana* 17. Novembris ejusdem anni, in *Caputaquen.* 2. Junii 1628. apud Nicol. in *Floscul. verb.* Vita communis n. 5.
- 16 Hinc Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Neapolitana* 26. Maii 1603. statuit, quod monasteriis renuentibus reformationem acceptare non concedatur licentia recipiendi puellas ad habitum. Item nec admittendi ad professionem eas, quae se ad illam nolunt obligare; Ead. Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Neapolitana* 8. Aprilis 1603.
- 18 In his monasteriis, quae partim illam reformationem recipiunt, & partem non, recipi non debent nisi illae, quae se volunt reformationi subjicere; Ead. Sac. Cong. Episcop. 17. Aprilis 1602. Nec reformatio est credenda statim, sed probanda diu, antequam detur licentia vestiendi; Ead. Sac. Congr. Episcop. in *Capuana* 17. Novemb. 1602. & 4. Maii 1604. & consimiliter saepe saepius alibi. Quae tamen professionem emisissent, antequam introduceretur reformatio, hortari debent ad illam acceptandam, sed non cogi; Ead. Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Neapolitana* 5. Martii 1602. apud Nicol. in *Floscul. verb.* Reformatio num. 10. Vide ad rem verb. *Moniales art. 2. d. num. 67. ad 70. inclusive, & verb. Professio n. 84.*
- 19 Vita communis introduci debet in omnibus, & non in victu solum; Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Panormitana* 5. Novemb. 1603. Unde non solum dotes, canones, & elemosynae cujuscumque particularis Monialium, sed etiam opera, & omnia alia acquisita poni debent in communi; Ead. Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Parmen.* 11. Augusti 1628.
- 20 Nec debet permitti repartimentum tritici, olei, & pecuniae inter Moniales, uti vitae communi de directo repugnans; Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Branuziana* 21. Octob. 1616. Et multo minus consignerari Monialibus particularibus fructus praediorum; Ead. Sac. Congr. Episcoporum & Regul. in *Lycien.* 1. Septembr. 1651.
- 21 Immo neque debet permitti Moniali, aut Regulari vitalitium, seu livellum, vel legatum ipsi relictum, seu constitutum sub conditione, ut nihil acquiratur monasterio, sed totum cedat, & erogetur pro suis indigentibus, seu aliis usibus piis sibi benevolis, apposita poena caducitatis in casu contraventionis; Sic Bartolus in l. Lucius Titius §. Tres heredes num. 3. ff. Ad Trebell. Tabia in *Austent.* Ingressi vers. Ipso ingressu cap. 3. num. ult. Cod. de SS. Eccles. Galganet. de condition. & demonstrat. part. 2. cap. 5. quest. 11. num. 8. Card. Petra tom. 4. comment. ad const. 5. Benedicte XII. num. 50. & alii. Et ratio est, quia talis conditio, ut nihil ex vitalitio, seu legato acquiratur monasterio, est contraria sacris canonibus expresse statutentibus, quod quidquid acquirat Monachus, acquirat monasterio; cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 1. cap. Abbates 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In praesentia 8. de probat. cum similibus. Item est contraria dispositioni Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus. cap. 1. & 2. & Decretis Clement. VIII. pro reformat. Regul. innovatis a Sacra Cong. Concilii jussu Urbani VIII. in Decret. de Apostat. & Ejectis, adeoque est turpis, & de Jure impossibilis, adeoque poena caducitatis ipsi apposita vitatur, quemadmodum vitatur ipsa conditio; sicque tamquam apposita actui a legibus interdicto attendenda non est, etiam neglecto Testatoris praeepto; l. unica in fine Cod. De bis, quae panno nomine, cap. Tua 17. de Testamentis.
- 22 Sic etiam sentire visa est Sac. Congr. Concilii in *Leonien.* annua praestationis 6. Junii 1682. in qua Testator legaverat monasterio Monialium pecuniam investendam sub conditione, ut tres Moniales ejus filiae percipere possent, earum vita durate, tercentum florensis

- aureos pro suis necessitatibus, apponendo poenam caducitatis in casu contraventionis: Cum enim Moniales cuperent acceptare legatum, ac vererentur, ne permitiendo particulare legatum factum tribus Monialibus filiis testatoris vulneraretur satui vitae communis, & ideo supplicasset praefatis tribus Monialibus permitti retentionem, & usum annuae praestationis, juxta mentem testatoris, aut alio modo consuli indemnitati monasterii, Sac. Congr. Concil. respondit: *Monasterium posse acceptare legatum, & quoad legatum particulare servetur decretum san. mem. Clementis VIII.*
 - Idem clare colligitur ex alia resolutione ejusdem Sac. Congr. Concil. in *Mantuana Administrationis*, in qua Novitius professionem emissurus testamentum condidit favore tertii sibi reservans annuam praestationem erogandam, & disponendam in sui servitium absque eo quod Jus in favorem alicujus acquiri posset: cum autem ex dicta praestatione acquisivisset de consensu Superiorum praedia, & census, ejusque Superiores intendere incorporare Conventui annuam praestationem, & de administratis rationem exigere, supplicavit declarari, l. An dicta praestatio annua reservata, seu fructus praedii ob morositatem haereditis loco pecuniarum subrogati spectent libere ad Oratorem? II. An de redditibus perceptis ex bonis postea acquisitis teneatur rationem reddere? Sac. Cong. die 28. Nov. 1706. respondit *Ad I. Negative. Ad II. Affirmative.*
 - Consimiliter habetur ex resolutione Sacrae Congreg. Episcop. & Regul. in *Neapolitana*, in qua indultum ab ipsa concessum, quod comperiebatur lasivum vitae communis, fuit ab eadem Sac. Congr. revocatum: cum enim duae Moniales monasterii SS. Trinitatis Neapolis obtinuisset a Sac. Congr. Episcop. & Regul. Indultum, ut possent accipere annuam praestationem Secutor. 200. a parentibus solvi promissam, ita tamen, ut Superioribus, seu Depositaria traderetur eroganda ab ipsis Monialibus pro earum indigentibus, sive aliis usibus piis sibi benevolis; Reclamantibus contra Indultum reliquis Monialibus, uti lasivum vitae communis, & constitutionum monasterii, ex eo quod annua praestatio eroganda esset per Abbatissam in usus a praefatis duabus Monialibus destinandos; Sac. Congreg. die 7. April. 1707. rescripsit: *Servandas esse omnino constitutiones, non obstante Indulto.* Sic expresse supradictas tres resolutiones refert, prout jacent, Emin. Petra loc. cit. num. 34. & 51.
 - Alia ad rem, Vide verb. Legatum, verb. Moniales art. 2. verb. Professio, verb. Regulares, & verb. Vocum art. 2. d. num. 43.
- VITVICUS.** Vide verb. Virtus a num. 13. ad 95.
-
- VITRICUS.**
- Vitricus quis sit, Vide verb. Affinitas sub num. 16. 30 Vitricus absque ulla dispensatione ducere potest in uxorem eam, quae fuit uxor sui privigni; Sac. Congr. Concil. in *Bojanen.* 8. Junii 1720. & 8. Martii 1721. ut refert Ursaya in 2. miscellan. sacro, & profano lit. V. n. 89. & tit. 4. part. 2. discept. 19. §. 1. d. n. 186.
-
- VIVE VOCIS ORACULA.** Vide verb. Oracula vivz vocis.
-
- VINCTIO-EXTREMA.** Vide verb. Extrema Unctio.
-
- UNIO BENEFICIORUM, SEU ECCLESIAIARUM.**
- SUMMARYUM.**
- 1 Unio Beneficiorum, seu Ecclesiarum quid sit.
 - 2 Unio praedicta fit possimum tribus modis.
 - 3 Assignatur primus modus.
 - 4 Assignatur secundus modus.
 - 5 Assignatur tertius modus.

- 6 Unio Beneficiorum est duplex, alia perpetua, & alia temporalis, & quae sit utraque.
- 7 Unire Episcopatus ad solum pertinet Papam.
- 8 Papa non solum episcopatus, sed etiam quaecumque alia beneficia unire potest.
- 9 Episcopus potest ex legitimis causis unire beneficia, & ecclesias suae diocesis.
- 10 Archiepiscopus, seu Metropolitanus potest quidem unire beneficia suae diocesis: At vero nequit unire beneficia diaecrum suorum Suffraganeorum.
- 11 Capitulum Sede vacante potest unire ea beneficia, quae potest Episcopus; dummodo per eam unionem Jurisdictioni episcopali nihil detrahatur.
- 12 Legatus a Latere in provincia sibi concredita potest unire beneficia dictae provinciae sua Legationis absque tamen praedicti Episcopi.
- 13 Vicarius Generalis Episcopi non potest beneficia unire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committantur.
- 14 Abbat, alique Praelati Episcopo inferiores habentes Ecclesias sibi plene subjectas, an possint beneficia unire, ad num. 16.
- 15 Ad faciendam beneficiorum unionem praeter legitimam facultatem requiruntur tres praesertim conditiones.
- 16 Prima conditio est causa justa, praevia cognitione de ejus veritate.
- 17 Ipsa justa causa unendi beneficia est Ecclesiae necessitas, vel ipsius utilitas.
- 18 Ecclesiae necessitas quando conreatur intervenire.
- 19 Si unio beneficiorum fiat sine causa, vel ex causa falsa, est nulla.
- 20 Secunda conditio requisita ad legitimam beneficiorum unionem, est, quod citentur omnes interesse habentes, eorumque consensus requiratur.
- 21 Unde si Ecclesia sit subjecta Abati, aut alii inferiori Praelato, non potest Episcopus eam unire absque illius consilio, & assensu.
- 22 Item si beneficium unendum pertinet ad Collatores, vel Electores Episcopo inferiores, etiam istorum consensus requiritur.
- 23 Item si beneficium unendum sit de Jurepatronatus alicujus, requiritur consensus Patroni.
- 24 Talis consensus, quomvis de Jure commun. requiratur, sive Patronus sit Laicus, sive Ecclesiasticus, non requiritur tamen de novo Jure, si sit Patronus Ecclesiasticus.
- 25 Nec requiritur ad talem unionem faciendam consensus Rectoris Ecclesiae, vel ea vacante, consensus defensoris ejusdem.
- 26 Si Rector praedictus, aut defensor sponte comparuerit justam allegando causam contra unionem, est audiendus.
- 27 Neque requiritur consensus plebis, quomvis si sponte compareat, sit ut supra audienda.
- 28 Tertia conditio requisita ad legitimam unionem faciendam per Episcopum, est consensus Capituli.
- 29 Si beneficium unendum spectet ad collationem Praelati inferioris, requiritur ultra consensum Capituli Cathedralis, etiam consensus dicti Praelati, & sui inferioris Capituli.
- 30 Item si beneficium unendum spectat aliquam Collegiatam, requiritur ultra consensum Capituli Cathedralis, etiam consensus Capituli ipsius Collegiate.
- 31 Item si beneficium unendum sit de Jurepatronatus, ultra consensum Patronorum requiritur etiam consensus Capituli.
- 32 Item requiritur consensus Capituli etiam pro unione beneficiorum simplicium faciendae dignitatibus, aut Praebendis ipsius Ecclesiae Cathedralis.
- 33 Si unio beneficii sit faciendae Seminario, ultra consensum Capituli, requiritur etiam consilium quatuor Deputatorum, duorum de Capitulo, & duorum de Clero.
- 34 Si Capitulum, & alii, quorum interest, sine justa causa consensum praestare nolint, possunt ad id compelli per Superiorem.
- 35 Immo quando evidens causa necessitatis subest, potest talis unio fieri etiam ipsi invito.

- 36 Non requiritur tamen, quod talis consensus necessario interveniat ante, vel in ipsa unione, sed sufficit, etiamsi interveniat post unionem; dummodo ante lis non fuerit incepta.
- 37 Immo talis unio fieri potest sine requisito tali consensu, si adsit ad id alicubi consuetudo legitime praescripta.
- 38 Ubi adest consuetudo requirendi talem consensum, si unio fiat sine ipso, est nulla.
- 39 Episcopus concurrentibus tribus ad conditionibus potest unire beneficia suae diocesis.
- 40 Episcopus non solum potest unire Ecclesiam Secularem Seculari, sed etiam potest unire Religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium suae diocesis.
- 41 Item potest Episcopus unire beneficium devolutum ad Papam ob non factam collationem tempore debito.
- 42 Item potest Episcopus unire beneficium Papae reservata; dummodo id faciat ante ipsorum vacationem.
- 43 Non autem potest ea unire post ipsorum vacationem, & si uniat, unio erit invalida, & proiici a Sede Apostolica mitti debent in possessionem.
- 44 Neque potest unire beneficia perpetuo reservata.
- 45 Neque potest unire beneficia quaecumque etiam simplicia ad tempus, seu ad vitam Beneficarii.
- 46 Neque unire potest beneficia exempta a sua Jurisdictione.
- 47 Neque unire potest beneficia suae diocesis beneficiis, monasteriis, & Ecclesiis alterius diocesis.
- 48 Neque unire potest omnia beneficia quomvis simplicia suae diocesis, sed tantum aliquot.
- 49 Neque unire potest beneficia Curata monasteriis, Abbatibus, Dignitatibus, Praebendis Cathedralibus, vel Collegiatis, Beneficiis simplicibus, Hospitalibus, aut Militiis.
- 50 Et parochialis unio est ita prohibita a Concilio, ut neque aliqua pars ejus fructuum uniri possit.
- 51 Potest immo Episcopus unire beneficia Curata cum aliis Beneficiis Curatis, item non Curata cum ipsis Curatis.
- 52 Non potest Episcopus unire parochialem Mensam Capitulari.
- 53 Immo mensa Capitulari neque unire potest beneficia simplicia.
- 54 Et hoc quomvis in Cathedrali, & Collegiata nulla sint distinctae Praebendae, sed dumtaxat mensa communis Capituli.
- 55 Potest tamen Episcopus cum consensu Capituli unire Curam dignitati illius.
- 56 Item potest Episcopus Canoniciatus tenues supprimere, & eorum fructus aliis Canoniciatibus, sive Praebendis, vel Distributionibus ejusdem Ecclesiae unire, dummodo remaneant adhuc tot Canoniciatus, qui commode divino cultui satisfiant.
- 57 Non potest autem unire Dignitates.
- 58 Neque potest unire beneficia capellanis etiam Cathedralibus, quae habent redditus tenues.
- 59 Neque potest unire beneficia de Jurepatronatus, seu spectantia ad inferiores Collatores, & Electores.
- 60 Neque potest regulariter unire beneficia libera collationis Beneficiis de Jurepatronatus.
- 61 Exceptis aliquibus casibus, qui assignantur.
- 62 Episcopus non potest unire beneficia dignitatis, quae in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata non habet vocem in Capitulo, nec redditus ex mensa Capitulari, licet deseruiat in choro.
- 63 Episcopus potest unire Seminario aliquot beneficia simplicia cujuscumque qualitatis & dignitatis fuerint, etiamsi essent reservata, vel affecta sine tamen cultus divini, & illa obtinentium praedictio.
- 64 Non potest tamen ipsi Seminario unire omnia simplicia Beneficia.
- 65 Nec potest Seminario unire simplicia beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque Canoniciatus, neque beneficia reservata post illorum vacationem.
- 66 Nec potest unire Seminario Canoniciatus Collegiatarum, quomvis ex consuetudine non obligent ad residentiam.

- 69 Neque potest Seminario unire beneficia Regularia, & que commendata sunt, seu monasteriis unita.
- 70 Beneficia vacatura per Resignationem simplicem, non autem per conditionem, in favorem certae personae unire potest Episcopus.
- 71 Beneficiorum unio non potest fieri Seminario nondum erecto, & in quo Scholares actualiter nondum adsunt.
- 72 Seminario uniri non possunt Abbatiae, Prioratus, & Monasteria Consistorialia, seu beneficia quovis modo Apostolica auctoritate commendata, & obventa seu obtinenda per S. R. E. Cardinales, seu veros, & proprios Papa Familiares, Nuntios Apostolicos, & Secretarios Congreg. Cardinalium.
- 73 Beneficium legitime unitum non dicitur amplius vacare, nec conferri potest.
- 74 Uniones legitime factae roritari debent effectum, non tantum cum unita benef. vacare coningeret, per obitum, sed etiam per Resig.
- 75 Unde beneficium unitum non potest resignari ad favorem, non facta mentione de unione.
- 76 Uniones perpetuae a 40. annis citra de publicatione Tridentini factae examinari possunt ab Ordinariis, & quae per subreptionem, aut obreptionem obventa fuerint, irrita declarari debent.
- 77 Uniones, quae nec in toto, nec in parte roritatae sunt effectum, quando nullae sint, ac revocentur, ad n. 78.
- 79 Unio quando censetur effectum roritata, vel non.
- 80 Unio in dubio probari debet ab eo, qui illam asserit.
- 81 Unio probatur pluribus modis, qui assignantur.
- 82 Unionem Beneficiorum dissolvere, & revocare potest omnis, qui potuit illam facere.
- 83 Et Episcopus dissolvere potest non solum unionem de se factam, vel a suo Praedecessore, sed etiam illam factam a Papa ex plenitudine potestatis.
- 84 Pro dissolvenda tali unione quid requiratur.
- 85 Alia ad rem, remissive.

UNIO est beneficiorum seu ecclesiarum ab Episcopo, seu alio Superiore ob utilitatem, seu necessitatem Ecclesiae, facta annexio. *Est in re Communis.*

2 Unio praedicta fit potissimum tribus modis. Gloss. in c. 1. verb. Uniendo, *Ne Sede vacante*, Gonzalez ad Regul. 8. Cancellariae gloss. 5. §. 7. num. 26. 27. & seq. Fagnan. in c. Novit num. 2. *Ne Sede vacante*, Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 66. num. 2. Rebuffus in prax. benef. tit. de unionibus beneficiorum. num. 1. & seq. Reiffenstuel l. 3. Decretal. tit. 12. num. 39. & alii passim.

3 Primo modo fit talis Unio, cum ex duobus beneficiis fit tantum unum, ita ut neutrum eorum uniat alteri, sed ambo simul uniantur, ut patet ex cap. Decimas §. final. caus. 16. q. 1. ibi: *Papa duos Episcopatus in unum redigere potest.* Et talis Unio praesertim fit, cum duae Parochiales Ecclesiae vicinae, & populo ratione belli, pestis, & hujusmodi valde destituta ita ad invicem uniantur, ut ex duabus fiat tantummodo unica. Et tunc illa unica ex duabus sic unitis resultans retinet consuetudines, ac privilegia favorabiliora utriusque Ecclesiae sic in unum redacta. Unde haec Unio dicitur *extinctiva*, seu *translativa*, eo quod ex duabus Ecclesiis fiat unica tantum, sicque altera minus privilegiata extinguitur, ac perimatur, & in aliam magis privilegiatam, ac potioribus Juribus gaudentem transferatur, ac cum ipsa omnino incorporetur. Fagnan. in c. Exposuisti num. 34. de Praebend. & in c. Novit num. 3. *Ne Sede vacante*, Reiffenst. l. 3. Decret. tit. 12. num. 40. & 41. & alii, arg. cit. c. Medicamentum de Penitent. dist. 1.

4 Secundo modo ut talis Unio, cum duae Ecclesiae ita uniantur, ut non coalescant, sicuti dicto primo modo, in unum corpus, sed una sit superior, & alia inferior, ac accessoria superiori, seu principaliori; & solet fieri pro augmento dotis alterius beneficii non habentis sufficientes redditus pro congrua Beneficarii sustentatione. Unde talis Unio nuncupatur *accessoria*, seu *subjectiva*, ut ex communi notant Fagnan. in cit. cap. Novit n. 3. *Ne Sede vacante*, & Reiffenstuel loc. cit. n. 42. Sicque Ecclesia accessorie alteri unita assumit naturam, con-

suetudines, & privilegia Principalis, cui est annexa, arg. cap. Recolentes 3. §. final. de statu Monachor. & cap. Accessorium 42. de Regul. Jur. in 6. ibi: *Accessorium naturam sequi congruit principalis.*

Tertio modo fit talis Unio, cum neutra Ecclesia alteri subjicitur, sicuti dicto secundo modo, nec ipsae coalescunt in unum corpus, sicuti dicto primo modo, sed ambae Ecclesiae ita aequae principaliter invicem uniantur, ut ambae adhuc suum titulum, atque honoris gradum retineant, & solum ab uno, eodemque Rectore regantur; sicque adhuc remaneant duo Beneficia omnino distincta, v. g. duo distincti Episcopatus, quamvis sit unicus & idem utriusque Episcopus; arg. c. Et temporis 16. q. 1. juncta Glossa ibid. verb. Unire, Fagnan. in cit. c. Novit num. 4. *Ne Sede vacante*, Garciae de benef. part. 12. c. 2. num. 37. Reiffenstuel loc. cit. num. 51. & alii. Et talis Unio appellatur *Unio aequae principaliter facta*, quae aliud non operatur, nisi ut Rector unus sit etiam Rector alterius, cum in reliquis utramque Beneficium remaneat adhuc distinctum beneficium, sicuti prius, cum propriis redditibus, privilegiis, honoribus &c. ut in pluribus Episcopatus aequae principaliter unitis, & signanter in Nepesino, & Surriano; Viterbiensi, & Tuscanensi; Hortano, & Civitatis Castellanae; Cornetensi, & Montisflascioni; Lauretano, & Recinatensi; Sulmonensi, & Vallensi; Campaniensi, & Satrianensi; Scalensi, & Ravellensi; Melphensi, & Rapollensi; Adriensi, & Pineniensi; Tarraciniensi, & Civitatis Priverni; Cameriniensi, & Civitatis Fabriani; Aquinatensi, & Pontis Curvi, & pluribus aliis brevitate gratia relinquitur.

Unio beneficiorum est duplex, alia perpetua, & alia temporalis. Perpetua est illa, in qua exprimitur, ut perpetuo duret, ut c. Exposuisti 33. de Praebend. ibi: *De capellis in perpetuum uniantur*: Seu quae fit *Ad perpetuam rei memoriam*, cum hoc idem importet, ac *In perpetuum*: seu quae fit ad beneficium Sedis Apostolicae quia cum Sedes Apostolica non moriatur, talis Unio durabit in perpetuum, nisi revocetur, c. Si Gratiose 3. de Rescriptis in 6. Unio temporalis est contra est illa, quae fit ad tempus, v. g. ad vitam ejus, cui conceditur, & sic contemplatione Personae, quae proinde per illius mortem expirat, arg. cap. Quoniam Abbas 14. de Officio Delegati cum similibus. Et talis Unio in effectu est quaedam dispensatio retinendi plura simul Beneficia etiam de se incompatibilia, ut patet in Germania, ubi ad Sede Apostolica solet aliquibus Episcopis concedi retentio plurium Episcopatum, ut notat Fagnan. in c. Dudum n. 29. de Elect. ubi sic habet: *Sic videmus in Germania cum similibus personis non raro dispensari super retentione plurium Episcopatum &c. ut Catholicam Religionem, & expulsis haeresibus, consilio, opibus, & auctoritate usartam teclam tuncantur. Ex hac ratione Princeps Elector Coloniensis ad praesens obtinet Episcopatum Coloniae, & Episcopatum Leodiensem, Monasteriensem, Paderbonensem, & Hildesimensem.* Et plures similes dispensationes refert Ursaya tom. 5. p. 1. discept. 6.

Unde unire Episcopatus ad solam pertinet Papam 7 textu expresso in c. Sicut unire 8. de Excessibus Praelatorum. ibi: *Sicut unire Episcopatus, atque Potestati subicere alienae, ad Summum Pontificem pertinere dignoscitur.* Papa non solum Episcopatus, sed etiam quaecumque 8 alia beneficia unire potest, cum in omnibus beneficiis plenariam habeat potestatem, cap. Licet 2. de Praebend. in 6. & Clementin. 1. §. final. *Ut live pendente*. (Vid. verb. Beneficium.)

Episcopus potest ex legitimis causis unire beneficia, 9 & Ecclesiae suae diocesis, cit. c. Sicut unire 8. de Excessibus Praelatorum. cap. Exposuisti 33. de Praebend. cap. Consultationibus 4. & cap. Pastoralis 7. de donationibus. Clementin. Si una, de rebus Ecclesiae non alienandis, cum similibus.

Archiepiscopus, seu Metropolitanus potest quidem 10 unire beneficia suae diocesis, sicut quilibet Episcopus per jura num. antecedenti adducta: At vero nequit unire beneficia diocesium suorum Suffraganeorum, Barbosa c. alleg. 66. num. 13. & l. 3. Jur. eccles. univers. c. 16. num. 58. & super Trid. sess. 21. de reform. c. 5.

- 11 namer. 3. cum pluribus ibi citatis. Fagnan. in cit. c. Sicut unire 8. de Excessibus Praelatorum. n. 8. testans sic decisum fuisse a Sacra C. C. ibi: *Cum fructus Praebendarum Collegatae Ecclesiae oppidi de Exea essent adeo tenues, ut vix sustentationi Canonicoe sufficerent, & fuisset petium declarari a Sacra C. C. an Episcopus eis unire posset aliqua simplicia beneficia, & eo nolente, vel negligente, Metropolitanus? Responsum est Episcopo posse, non tamen teneri, Metropolitanum vero in hoc non posse supplere.*
- 12 Capitulum Sede vacante potest unire ea beneficia, quae potest Episcopus; dummodo per eam unionem Jurisdictioni episcopali nihil detrahatur; Capitulum enim succedit in integram ordinariam Jurisdictionem Episcopi. Barbosa. cit. alleg. 66. n. 11. & super Trid. sess. 7. cap. 6. num. 16. cum Marian. Soccin. Caccialup. Rebuff. Perusin. Hojeda, Sanchez, Zerola, Marc. Ant. Genuens. Quaranta, Garcia, Ragus ibi citatis. Ventriglia in praxi tom. 2. annot. 8. num. 8. Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 12. num. 64. Pithing lib. 3. Decretal. tit. 5. num. 207. & alii.
- 13 Legatus a Latere in Provincia sibi concedita potest unire beneficia dictae Provinciae suae Legationis, absque tamen praedicti Episcopi; Legatus enim a Latere potest in sua Provincia omnia, quae Episcopus in sua diocesi, arg. c. 1. §. final. de Officio Legati in 6. Sic tenet in cit. c. Sicut unire: Abbas num. 5. Cardinal. num. 1. Imola in fine, Barbosa cit. alleg. 66. num. 12. & super Trid. l. c. num. 17. cum Rebuff. Gambarupta, Hojeda, Azorio, Sanchez, Garcia, Aloysio Riccio, Ugo-lino, Lotterio ibi citatis, Ventriglia loc. cit. num. 7. Pithing loc. cit. num. 207. Reiffenstuel loc. cit. num. 63. & alii post Rotam decis. 459. in antiquis, aliis 3. de officio Legati, & alibi pluries.
- 14 Vicarius Generalis Episcopi non potest beneficia unire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur, arg. c. ult. de Officio Vicarii in 6. Barbosa cit. alleg. 66. n. 10. & super Trid. l. c. num. 15. cum Marian. Soccin. Rebuff. Anton. Orch. Hojeda, Sbroz, Azorio, Petro de Perusio, Garcia, Aloysio Riccio, Gratiano, Sanchez Narbona, Lotterio ibi citatis, Reiffenst. loc. cit. num. 65. Ventriglia loc. cit. num. 10. Theod. de Rubens in Singularibus Rotae part. 2. verb. Vicarius §. 2. pag. 112. allegans plures Rotae Decisiones.
- 15 Abbates, aliosque Praelatos Episcopo inferiores habentes Ecclesias sibi ita plene subiectas, ut jurisdictione quasi episcopali in eis fungantur, seu existente speciali privilegio, aut consuetudine legitime praescripta posse beneficia unire, tenent Marian. Soccin. in cit. c. Sicut unire art. 3. num. 41. & 42. Sbroz de Officio Vicarii lib. 2. q. 15. num. 12. Barbosa cit. alleg. 66. num. 14. & super Trid. loc. cit. num. 18. cum Garcia, Azorio, Sanchez, Aloysio Riccio, Lotter. ibi citatis, Federic. de Senis Consil. 111. num. 8. Olforad. consil. 257. num. 5. Rota p. 111. Recenti. dec. 373. num. 18. Ventriglia loc. cit. num. 3. & 4. cum aliis ibi citatis, dicens sic limitari communiter per Doctores denegationem facultatis uniendo Beneficia inferiori Praelato factam in c. c. Unire, quia talis Praelatus inferior id Jurisdic. exercet in sua diocesi, quod exercet Episcopus in sua, & alii apud Fagnan. in c. c. Sicut unire num. 17. dicens, quod hanc sententiam alii probavit Sacra C. Cardinal. Concil. Trid. Interpretum: *Censuit enim inferiores Episcopo non posse unire, nisi hanc facultatem legitime praescriperint, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno Jure subiecta jurisdictionem quasi episcopalem habeant in omnibus, & per omnia, alioquin unionem ab Episcopo faciendam esse cum consensu ipsius inferioris & Capituli.*
- 16 Contrarium tamen, nempe Abbates, aliosque Praelatos, Episcopo inferiores non posse Ecclesias unire, vel unam alteri subicere, quantumcumque Ecclesiae ad illos spectent pleno Jure, defendunt in c. c. Sicut unire, Innocentius, Abbas antiq. in princip. vers. Et nota: Joan. Andr. num. 2. in verb. Unio: Henric. Boich. post princip. vers. Et nota, Card. num. 3. in 2. oppos. Ancharan. num. 3. Hostiensis in cap. Quia nonnulli in verb. Parochiales, de Clericis non residentibus. Archidiac. in verb.

Annexae, de Praebend. in 6. & ita tenete communiter Doctores antiquos testatur Marian. in cit. c. Sicut unire art. 3. q. 7. num. 41. atque id expresse tenet Glossa in Clement. Si una 2. de rebus Ecclesiae non alienand. verb. Episcopus: & alia Glossa in Clement. Ne in agro 1. §. Ad haec, de statu Monachor. verb. Ordinar. & sic docent alii plures per text. cap. Sicut unire: quia unire est unus de casibus Episcopo reservatis, & denegatis inferioribus, atque ita censuit etiam Sacra Congr. Concil. apud Fagnan. loc. cit. num. 18. ibi: *Aliis tamen consulta, an Abbates exempti, qui Jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem habent, possint, si Sculares, & Collegiatas Ecclesias obtinent, facere uniones, sicut possunt Episcopi, ex cap. 13. sess. 24. Respondit non posse Abbatem hujusmodi, sed Episcopum tantum, si Collegiata est insignis, & observentur alia praescripta in dicto cap. 15.*

Unde ad conciliandas omni meliori modo supradictas Doctorum sententias, & Sacrae Congregationis declarationes, concludendum est, non posse dictos Praelatos Episcopo inferiores de sola sua ordinaria quasi Episcopali Jurisdictione beneficia unire sine assensu proprii Episcopi, juxta clarum textum in cit. c. Sicut unire §. de Excessibus Praelatorum. Bene vero posse, si ex speciali privilegio, aut consuetudine legitime praescripta id eis competere dignoscatur: Nam Jura episcopalia inferioribus praescribere non prohibentur, c. Auditus 15. de Praescriptionibus: Hojeda Tractatum tom. 16. tract. de Benefic. incompatib. part. 2. c. 3. num. 7. Reiffenstuel l. c. n. 66. Abbas in cit. c. Unire num. 3. cum aliis apud Fagnan. loc. cit. num. 15. 16. & 17.

Ad faciendam beneficiorum unionem, praeter legitimam facultatem, requiruntur tres praesertim conditiones: 17

Prima conditio requisita ad faciendam legitimam 18 unionem beneficiorum est causa justa, & praevia cognitio de ejus veritate, arg. c. Exposuisti 33. de Praebend. & Clement. Si una 2. de rebus Ecclesiae non alienand. juncto Concilio Trid. sess. 7. de reformat. c. 6. ubi expresse dicitur, quod *Uniones perpetuae... quae deinceps ad jusjuris instantiam fierent, nisi eas legitimis, aut aliis rationabilibus causis coram loci Ordinario, vocatis quorum interest, verificandis, factis fuisse consisterit, per subreptionem obventa praesumantur, ac propterea, nisi aliter de Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.* Et sic tenent passim Doctores.

Justa causa uniendo beneficia est Ecclesiae necessitas, vel ipsius utilitas; cap. Exposuisti 33. de Praebend. ibi: *Si evidens necessitas, vel utilitas exigat, Praebendas Ecclesiae tuae poteris de Capellis in perpetuum annexendas eidem augmentare, & concordat c. Dudum 1. de rebus Ecclesiae non alienand. in 6.*

Necessitas autem Ecclesiae tunc censetur intervenire, 20 quando Praebenda, cui unio faciendae est, caret sufficientibus redditibus ad alendum Ministrum; cit. cap. Exposuisti 33. ibi: *De redditibus Praebendarum suarum nequeunt sustentari*, Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 11. ibi: *Propter eorum paupertatem*: Item quando Ecclesia est destructa ab hostibus, vel desolata; c. Quia Monasterium 2. de Religiosis Domibus. Item quando Ecclesiae sunt vicinae, & restant pauci de populo, aliis mortuis, & probatur in c. Et temporis 16. q. 1. Utilitas vero tunc intervenit, quando propter fructuum tenuitatem non inveniuntur Clerici idonei ad deserviendum, ut habetur ex cit. cap. Exposuisti 33. de Praebendis: Sic expresse tradunt Barbosa. cit. alleg. 66. num. 15. & 16. Ventriglia Prax. tom. 2. annot. 8. §. 2. num. 23. & alii.

Si autem Unio Beneficiorum fiat sine causa, vel ex causa, tunc nulla vis oterquin servata sit forma Juris, ipsa, vel est nulla ipso Jure, ut vult probabilis Garciae de beneficiis part. 12. c. 2. num. 113. Hojeda tractatum tom. 15. tract. de Benefic. incompatib. part. 2. c. 3. num. 16. & 18. Bursat. consil. 85. num. 13. lib. 2. Barbosa cit. alleg. 66. num. 16. Reiffenstuel loc. cit. n. 71. Ventriglia loc. cit. num. 24. allegans Rotam, & alios, attestans sic velle omnes. Vel saltem irrita est ope exceptionis, sicque declaranda nulla, ut tenent Marian. Soccin. Rebuff. Azor. & alii plures, quos refert, & sequitur

BIBLIOTECA CENTRAL

tur Sanchez lib. 7. in Decalog. c. 29. num. 175. quique volunt, quod Episcopus Successor non possit conferre beneficium taliter unitum ante dictam declarationem.

22 Secunda conditio requisita ad legitimam beneficiorum unionem est, quod citentur omnes interesse habentes in dicta Unione faciendi, eorumque consensus requiratur: Clement. Ne in agro 1. §. Ad hæc, de statu Monachor. Conc. Trid. cit. sess. 7. de reform. c. 6. ibi: *Vocatis quorum interest, Rota decis. 133. num. 4. p. 1. d. versar. Seraphin. decis. 1078. Sanchez loc. cit. num. 163. Reiffenst. l. c. n. 72. Barbosa loc. cit. n. 17. & alii passim.*

23 Unde si Ecclesia sit subiecta Abbati, aut alii inferiori Prælo, non potest Episcopus eam unire absque illius consilio, & assensu; *cin. Clementin. Ne in agro §. Ad hæc: ibi: Cum consilio, & assensu Abbatum per Locorum ipsorum Ordinarios uniantur, Marian. Socin. in cit. cap. Sicut unire art. 4. q. 5. num. 62. Barbosa loc. cit. num. 72. & alii passim.*

24 Item si beneficium uniuendum pertineat ad Collatores, vel Eleitores Episcopo inferiores, etiam istorum consensus requiritur, quia istis grave damnum in suis iuribus inferretur, cum beneficium post unionem non sit amplius vacaturum, sique ipsi amittant Jus conferendi, seu eligendi ratione talis unionis: *Garcias l. c. part. 12. cap. 2. num. 202. Rebuffus in praxi benefico. tit. Regula de Unionibus, gloss. 11. num. 1. & 7. Reiffenstuel loc. citat. num. 73. & alii communiter per text. Concilii Trid. loc. cit. ibi: Vocatis quorum interest.*

25 Item si beneficium uniuendum sit de Jurepatronatus alicujus, requiritur pro tali unione faciendi consensus Patroni Communis per text. in cap. Suggestum 20. de Jurepatr. ibi: *De consensu Patroni, juncto Concilio Trident. cit. sess. 7. de reform. cap. 6. ibi: Vocatis quorum interest, & sess. 24. de reform. cap. 15. ibi: Cum Patronorum consensu.*

26 Talis consensus Patroni de jure communi requiritur, sive Patronus sit Laicus, sive Ecclesiasticus, ut docent communiter Doctores per citata jura: aliqui tamen negant requiri consensus Patroni Ecclesiastici vigore Concilii Trid. *sess. 24. de reform. c. 15. nam ibi dicit: Cum Patronorum consensu, si de Jurepatronatus Laicorum sint, per que verba Concilium à sensu contrario videtur concedere unionem posse fieri per Episcopum sine consensu Patroni Ecclesiastici, ut recte advertunt Sanchez cit. cap. 29. num. 185. Barbosa cit. alleg. 66. n. 31. Reiffenst. loc. cit. num. 75. & alii. Et id etiam habetur ex novissima constitutione Benedicti XIII. incip. Creditæ §. 4. ubi statuit, quod Ordinarii locorum eidem Seminario unire, & applicare possint, ac debeant Beneficia simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam Jurepatronatus Ecclesiastici.*

27 Non requiritur tamen ad talem Unionem faciendam consensus Rectoris Ecclesie, vel ea vacante, consensus Defensoris ejusdem, textu claro in Clement. Si una 2. de rebus Eccl. non alien. ibi: *Si una Ecclesia alteri Ecclesie, seu Dignitati alicui, vel Præbendæ per Episcopum suo consentiente Capitulo uniat, aut Religioso loco donetur, ex eo quod Rector ipsius ad hoc vocatus, vel, si vacabat, Defensor eidem super hoc datus non existit, nequaquam id poterit impugnari. Et ratio est, quia Rectori illius Ecclesie, seu Beneficii nullum inferitur præjudicium, cum adhuc libere remaneat Rector, & possessor illius sicuti antea, ex quo dicta Unio totalem effectum suum non sit habitura, nisi post mortem, vel amotionem illius Rectoris, arg. cap. Consultationibus 4. de donation. ac notant Glossa in cit. Clem. Si una, verb. Vocatus: & Barb. ib. num. 4. & cit. alleg. 66. num. 20. cum Cardinali, Ancharan. Riccio, Garcia, Sanchez, Lotter. ibi citatis, Reiffenst. loc. cit. num. 79. Rota decis. 133. num. 14. part. 2. dicitur, & alii communiter, teste Ventriglia l. c. §. 2.*

28 Ubi num. 17. subiungit, quod si Rector prædictus, seu vacante Ecclesia ejus Defensor sponte comparuerit justam allegando causam contra Unionem, sit audiendus, arg. c. Si quis Presbyterorum 6. juncta Glossa, verb. Personis, de rebus Eccl. non alien. Et facit dicta per Barbosam lib. 3. Jur. eccl. uniuers. c. 16. n. 41. Garciam loc. cit. cap. 3. num. 9. & alios.

Neque requiritur pro tali Unione faciendi consensus Plebis, quamvis si sponte compareat, & alleger rationabilem causam impediendam talis Unionis, sit audienda, arg. cit. c. Si quis Presbyterorum 6. juncta Glossa verb. Personis, de rebus Eccl. non alienand. & tenent Garcias loc. cit. c. 2. num. 219. & 220. Hojeda l. c. Reiffenstuel l. c. num. 76. Ventriglia l. c. num. 20. & alii, ac Rota in Gerunden. Unionis 20. Martii 1690. coram D. Sacrato, ubi fuit resolutum, Parochianos esse legitimas personas in hac causa, cum illorum intersit bonum habere Pastorem.

Tertia conditio requisita ad legitimam Unionem faciendam per Episcopum est consensus Capituli: Communis, textu expresso in cit. Clement. Si una 2. de rebus Eccl. non alienand. ibi: *Per Episcopum suo consentiente Capitulo uniat, juncta Glossa ibid. verb. Consentiente, & concordat cap. Pastoralis 7. de donation. ibi: Sed ut Episcopi Donatio (seu Unio Ecclesie pro loco facta) sit legitima, consensus est uti Capituli requirendus.*

Si beneficium uniuendum spectet ad Collationem Prælati inferioris, requiritur, ultra consensus Capituli Cathedralis, etiam consensus dicti sui Prælati, & sui inferioris Capituli: *Barbosa lib. 3. Jur. Eccl. uniuers. cap. 16. num. 43. & cit. alleg. 66. num. 18. Sanchez loc. cit. cap. 29. num. 167. Marian. Socin. in cit. cap. Sicut unire de Excessibus Prælat. art. 6. num. 95. concl. 4. Ventriglia loc. cit. n. 14. & alii per text. in Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 6. ibi: Vocatis quorum interest.*

Item si beneficium uniuendum spectet ad aliquam Collegiatam, requiritur, ultra consensus Capituli Cathedralis, etiam consensus Capituli ipsius Collegiate. *Sellius in select. canon. cap. 24. num. 8. Ventriglia loc. cit. n. 15. & alii passim per cit. text. in Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 6. ibi: Vocatis quorum interest.*

Item si beneficium uniuendum sit de Jurepatronatus, ultra consensus Patronorum requiritur etiam consensus Capituli Rota part. 1. recent. decis. 688. num. 2. Lotter. de re benefico. lib. 1. q. 8. num. 157. Ventriglia loc. cit. §. 2. num. 9. & alii per text. in cit. Clement. Si una 2. de rebus Eccl. non alienand. & cit. c. Pastoralis 7. de Donationibus.

Item requiritur consensus Capituli etiam pro unione beneficiorum simplicium faciendi dignitatibus, aut præbendis ipsius Ecclesie Cathedralis: *Ventriglia loc. citat. n. 10. & Communis aliorum per Jura adducta num. antecedenti.*

Si Unio beneficii sit faciendi Seminario, ultra consensus Capituli requiritur etiam consilium quatuor Deputatorum, duorum de Capitulo, & duorum de Clero, juxta terminos Concilii Trident. *sess. 23. de reform. c. 18. Sic declarasse Rotam, & Sacram Congr. referunt Riccius in praxi 1. part. resolut. 490. num. 3. Ventriglia loc. cit. num. 13. & alii asserentes, Sacram Congreg. expresse declarasse, Episcopum in tali unione teneri sub pena nullitatis actus requirere consilium prædictorum Deputatorum; quamvis illud sequi non teneatur.*

Si Capitulum, vel alii, quorum interest, sine justa causa consensus prestare nolint, possunt ad id compelli per Superiorem, *Barbosa cit. lib. 3. cap. 16. n. 43. & de Canonis cap. 42. num. 13. Reiffenst. loc. cit. n. 78. Ventriglia loc. cit. §. 2. num. 12. & alii passim. Immo 37 quando evidens causa necessitatis subest, potest talis unio fieri etiam ipsis invitis. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 29. n. 65. Reiffenstuel loc. citat. num. 78. Pirhing lib. 3. Decretal. tit. 5. num. 210. & alii.*

Non requiritur tamen quod talis consensus necessario interveniat ante, vel in unione, sed sufficit, etiam si interveniat post unionem: dummodo antea illis non fuerit incepta. *Barbosa de Canonis & Dignitatibus cap. 42. num. 8. & cit. l. 3. Jur. Eccl. uniuers. cap. 16. num. 45. & cit. alleg. 66. num. 22. cum pluribus ibi allegatis, & testans de communi Reiffenstuel loc. cit. n. 70. Pirhing loc. cit. num. 210. Ventriglia loc. cit. num. 8. dicens hanc esse communem apud omnes; & alii passim, argum. c. Cum nos 3. de his que sunt à majori parte Capituli, & cap. Cura pastoralis 11. de Jurepatronatus.*

Immo talis Unio fieri potest sine requisito tali con-

sensu, si adsit alicubi consuetudo legitime præscripta ipsam faciendi sine requisitione dicti consensus. *Fuschius de visitatione lib. 2. cap. 26. sub num. 5. Petrus Gregorius de benefico. cap. 20. num. 6. Garcias loc. cit. cap. 2. num. 152. & 153. Barbosa de Canonis, & Dignitatibus. cap. 42. num. 9. & cit. alleg. 66. num. 23. Riccius resolut. 388. num. 4. Ventriglia loc. cit. num. 17. testans ita tenere Doctores communiter.*

Ubi adest consuetudo requirendi talem consensum, si unio fiat sine requisitione consensus Capituli, Patronorum, aut quorum interest, est invalida, cum in tali casu facta sit, non servata forma. *Riccius in praxi cit. resolut. 388. in princip. Barbosa de Canonis, & Dignitatibus cap. 42. num. 8. Garcias loc. cit. num. 166. & 205. cum sequent. Ventriglia loc. cit. n. 15. Reiffenstuel loc. cit. num. 74. & alii passim per text. in cap. Pastoralis 7. de donationibus, & Clementin. ultima de rebus Eccl. non alienand. & faveat Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 6. statuens quod uniones vitibus omnino cateant, Nisi eas ex legitimis causis coram Locis Ordinariis, vocatis quorum interest, verificandis, factis fuisse constituerit.*

Episcopus, concurrentibus supradictis tribus requisitis conditionibus, potest unire beneficia sue diocesis. *Communis per text. in cap. Sicut unire 8. de Excessibus Prælatorum. Expositus 33. de Præbend. cap. Consultationibus 4. & cap. Pastoralis 7. de donationibus, Clementin. Si una 2. de rebus Eccl. non alienand. cum similibus.*

Episcopus non solum potest unire Ecclesiam seculari, sed etiam potest unire Religioni alicui Ecclesiam, seu Beneficium sue Diocesis. *Clement. Si una Ecclesia 2. de rebus Eccl. non alien. ibi: Aut Religioso loco donetur, Glossa ibid. verb. Donetur: Cardin. ibid. in princ. num. 4. not. 4. & num. 11. Benoit charan. num. 4. not. 4. Imola num. 2. & 3. not. 2. & 3. & Bonifac. num. 3. Marian. Socin. in cap. Sicut unire 8. de excessibus Prælator. art. 4. quest. 4. n. 61. & 62. Calderin. conil. 5. n. 1. de rebus Eccl. non alienand. Sanchez loc. cit. cap. 29. num. 148. Barbosa citat. alleg. 6. n. 4. & ipso teste Doctores in citat. c. Consultationibus 4. de Donationibus.*

Item potest Episcopus unire beneficium devolutum ad Papam ob non factam collationem tempore debito: *Allo enim Jure devolutum, & alio unitum. Marian. Socin. in citat. loc. cit. Sicut unire num. 67. & seq. & ibi: Buttius n. 10. Abbas n. 6. & Ancharan. num. 5. Bero decis. 346. ad fin. Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 48. q. 5. Sanchez cit. cap. 29. num. 140. Barbosa citat. alleg. 66. num. 5. & supra Concil. sess. 21. de reform. cap. 5. n. 22. & alii contra alios contrarium sentientes.*

Item potest Episcopus unire beneficia Papæ reservata; dummodo id faciat ante ipsorum vacationem. *Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Conc. referunt Garcias loc. cit. part. 12. cap. 2. num. 102. & Barbosa in Summa Apostolic. decis. verb. Unio num. 6.*

Non autem potest ea unire post ipsorum vacationem, & si uniat, unio erit invalida, & provisus à Sede Apostolica mitti debent in possessionem. *Sic decisum fuisse à Sacra Cong. Concil. referunt Garcias loc. cit. num. 102. & Barbosa loc. cit. num. 7.*

Neque potest Episcopus unire beneficia perpetuo reservata, ut sunt primæ dignitates post Pontificales, & beneficia Collectorum, Familiarium, & Officialium Curie. *Garcias de benefico. part. 12. cap. 2. num. 93. & 106. Hojeda cit. part. 2. de benefico. incompatib. cap. 3. num. 1. Ventriglia loc. cit. §. 1. num. 30. & alii.*

Neque potest unire beneficia quæcumque etiam simplicia ad tempus, seu ad vitam Beneficiorum, sed solum in perpetuum. *Barbosa cit. alleg. 66. num. 8. & super Concil. sess. 21. cap. 5. num. 10. Zetola in praxi Episcop. part. 7. verb. Unio §. 7. Azor. loc. cit. lib. 6. cap. 28. q. 7. Garcias cit. cap. 2. num. 84. Sanchez cit. cap. 29. n. 152. Ventriglia loc. cit. §. 1. n. 24. Reiffenstuel loc. cit. n. 58. & alii passim.*

Neque potest unire beneficia exempta à sua Jurisdictione, nam hoc ipso quod sue dispositioni subiecta non sunt, non potest illa unire Episcopus, sed recur-

rendum est ad Summum Pontificem. *Garcias cit. cap. 2. num. 62. Sanchez cit. cap. 29. n. 151. Hojeda cit. cap. 3. num. 7. Barbosa cit. alleg. 66. n. 9. Reiffenstuel loc. cit. num. 55. & alii communiter.*

Neque potest unire beneficia sue diocesis beneficiis, monasteriis, & ecclesiis alterius diocesis. *Sic expresse Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 9. addita ratione: Ut ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut una, & eadem Ecclesia duarum quodammodo diocesium fiat non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint.*

Neque unire potest omnia beneficia quævis simplicia sue diocesis, sed tantum aliquot. *Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Garcias, & Riccius citati à Ventriglia §. 1. num. 23.*

Neque unire potest Beneficia Curatæ Monasteriis, Abbatibus, Dignitatibus, Præbendis Ecclesie Cathedralis, vel Collegiate, Beneficiis simplicibus, Hospitalibus, & Militiis. *Sic expresse Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 13. ibi: Ecclesie Parochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatibus, seu Dignitatibus, sive Præbendis Ecclesie Cathedralis, vel Collegiate, sive aliis Beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, Militiis non uniantur. Et parochialis unio est hæc prohibita à Concilio, ne neque aliqua pars ejus fructuum uniri possit, pro ut referunt decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. Garcias cit. cap. 2. num. 87. Barbosa citat. alleg. 66. num. 30. Ventriglia cit. §. 1. num. 23.*

Potest tamen Episcopus unire beneficia Curata cum aliis beneficiis Curatis. *Item non Curata cum ipsis Curatis. Sic expresse Trid. sess. 21. de reformat. cap. 5. ibi: Possint Episcopi etiam tanquam Apostolica Sede delegati iuxta formam Juris, sine tamen præjudicio obtemperant, facere Uniones perpetuas quancumque Ecclesiarum Parochialium, & Baptismalium, & aliorum Beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum cum Curatis propriis earum paupertatem, & in ceteris casibus à Jure permixtis, etiam in dicta Ecclesie, vel Beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque assignata.*

Non potest Episcopus unire Ecclesiam Parochialem Capitulo Cathedralis ob tenuitatem. *Canonice unius; & ob difficultatem, sive impossibilitatem etiam uniuendi Beneficia simplicia, & ob id, quod non deceat eorum numerus minui, juxta mentem Concilii cap. 15. sess. 24. de reformat. Sic referunt decisum Inchoa Alexandrinæ 30. Maii 1594. Aldan. in Compens. Canoniarum resolut. libi q. tit. 8. num. 3. & Ventriglia cit. §. 1. num. 15. Immo neque potest Episcopus unire Mensæ Capitulari beneficia simplicia, quia Concilium cit. cap. 5. sess. 24. de reformat. non dat facultatem uniuendi Mensæ Capitulari, sed tenuibus Præbendis singulorum Capitularium. Sacra Congregat. Concil. apud Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 37. num. 25. & Barbosa in Summa Apostolic. decis. verb. Unio, num. 1. Et hoc quamvis in Cathedrali, vel Collegiata nullæ sint Præbendæ distinctæ, sed dumtaxat massa communis Capituli, cujus proventus omnes his tantum, qui statutis horis intersunt, distribuuntur, Eadem Sacra Congreg. Concilii §. Februar. 1601. apud Aldan. in Compens. Canoniarum lib. 3. tit. 3. num. 12. & Barbosa loc. cit. num. 11.*

Potest tamen Episcopus cum consensu Capituli etiam per viam unionis perpetuæ Curam Animarum, quæ incumbit toti Capitulo, transferre in certam personam, seu dignitatem ejusdem Ecclesie. *Sic decisum fuisse à Sacra Congregat. Concil. die 30. Martii 1594. referunt Aldan. in Compens. Canoniarum resolut. part. 4. tit. 8. num. 4. Garcias de beneficiis part. 9. cap. 2. num. 90. Barbosa super Trid. sess. 24. de reformat. cap. 15. n. 16. Ventriglia loc. cit. num. 16. & alii.*

Potest Episcopus Canonice ob tenuitatem illorum suppressimere, & fructus suppressorum aliis Canonice, sive Præbendis, vel Distributionibus ejusdem Ecclesie unire: dummodo tot Canonice remaneant, qui divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesie commode valeant respondere. *Communiter, per textum expressum in Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15.*

Non potest autem unire dignitates, nec in terminis Concilii Trident. sess. 23. cap. 18. nec sess. 24. cap. 15.

de reformat. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Riccius in *praxi* part. 1. *resol.* 393. *vers.* Limita. quarto. Nec etiam Canonatus, nisi per modum suppressionis ut supra. Garcias ad *Regul. de Mensibus gloss.* 5. §. 7. num. 64. Ventriglia *loc. cit.* num. 21. & alii passim.

60 Neque potest unire beneficia capellanis etiam Cathedralis, quæ habent redditus tenues; quia Concilium *cit. sess.* 24. *cap.* 1. loquitur solum de Præbendis. Item neque Sacristia: Neque Fabrica. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Garcias de *benefic. part.* 9. *cap.* 2. num. 190. & Barbosa *supra* Concil. *cit.* *cap.* 15. num. 13.

61 Neque potest unire beneficia de Jurepatronatus, vel spectantia ad inferiores Collatores, & Electores, nisi de expresse eorum consensu, aliis talis unio esset invalida. Vide *supra* num. 40.

62 Neque potest regulariter unire beneficia liberæ collationis beneficiis de Jurepatronatus, ut expresse habetur ex Concilio Trident. *sess.* 25. *de reformat. c. 9. vers.* Insuper accessiones: ubi in hujusmodi uniones subreptitiam declarantur, & tenentur *Leo thesaur. for. eccles.* part. 12. c. 16. num. 15. Garcias de *benefic. part.* 12. *cap.* 2. num. 91. Riccius in *praxi* part. 1. *resol.* 393. *vers.* Limita tertio. Ventriglia *loc. cit.* num. 28. & alii ea ratione, ne beneficia libera in servitutem redigantur.

63 Dicitur autem notanter Regulariter, quia in aliquibus casibus id potest Episcopus, Et primo quando Patroni renuntiant Jurepatronatus, quod ab omnibus concedi debet, utpote carens difficultate. Secundo quando concordant, ut beneficium Jurepatronatus alternativè conferatur; una vice ad patronorum præsentationem & altera ad liberam collationem, ut decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Leo *loc. cit.* in *fine*, Silius in *select. canonic.* *cap.* 18. num. 24. Ventriglia *loc. cit.* num. 28. in *fine*. Tertio, quando Ecclesia libera minatur ruinam, & habet tenuissimos redditus, tunc enim potest unire patronatæ cum reservatione Jurepatronatus, & onere impositionis illam reparandi, & dotandi in suis 70. prout fuisse decisum in una Tridentina 21. Decembris 1622. referunt Aldan. in *Compend. Canonie. resolut.* lib. 3. tit. 8. num. 17. Ventriglia *loc. cit.* num. 29.

64 Episcopus non potest unire beneficia dignitati, quæ in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata non habet vocem in Capitulo, nec redditus ex Mensa Capitulari, licet deserviat in choro. Sic declarasse Sacram Congreg. Concil. die 19. Decembris 1585. ad *dict.* *cap.* 15. *sess.* 25. *de reformat.* referunt Ventriglia *loc. cit.* num. 34.

65 Episcopus potest unire seminario, ut commode regere valeat, aliquot beneficia simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam si essent reservata, vel affecta, sine tamen cultus divini, & illa obtinentium præjudicio. Sic expresse Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 18. *vers.* Necnon beneficia aliquot simplicia: Barbosa *ibid.* num. 33. & de offic. & potest. Episcop. *cap.* 3. *allegat.* 77. num. 28. & lib. 3. *Jur. eccles. univers.* *cap.* 16. num. 30. Fuschus de *visita.* lib. 1. *cap.* 16. num. 9. Ventriglia *loc. cit.* num. 36. & alii passim. Et sic statuit novissime Benedictus XIII. constituit. *incip.* Creditæ §. 4. Vide *verb.* Seminarium in *fine*.

66 Non potest tamen ipsi seminario unire omnia simplicia beneficia, aliis talis unio esset nulla, quia Concilium dicit solum beneficia aliquot. Et sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Barbosa *supra* Concil. *cit.* *cap.* 18. num. 35. & *cit.* *allegat.* 77. num. 29. & in *Summ. Apostolic.* *decis. verb.* Beneficium seminario unendum; vel non num. 7. Molpès. in *Summa theol. moral. tract.* 6. *cap.* 14. d. num. 60. Riccius. & alii.

67 Nec potest seminario unire simplicia beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque Canonatus nec Beneficia Sed. Apostolicæ reservata post illorum vocationem. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Barbosa *supra* Concil. *loc. cit.* num. 34. & in *Summa loc. cit.* num. 6. Franciscus Leo in *thesaur. for. eccles.* part. 2. *cap.* 16. num. 23. Molpès. *loc. cit.* d. num. 60.

68 Nec potest unire seminario Canonatus Collegiatarum, quamvis ex consuetudine non obligent ad residen-

tiam. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Episcop. in Aquilana 27. Martii 1590. referunt Barbosa *supra* Concil. *loc. cit.* num. 36.

Nec potest seminario unire beneficia Regularia, & que commendata sunt, seu Monasteria unita, aut annexa. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concil. referunt Nicol. Garcias de *benefic. part.* 10. *cap.* 2. n. 210. & Barbosa *super Trid.* *loc. cit.* n. 37. & 38. ubi asserit resolutum fuisse in *cap.* 26. Junii 1586. non posse uniri seminario beneficia Regularia, sive dentur in Titulum, sive in Commendam; secus vero si statum mutaverint.

Beneficia primo vacatura per Resignationem simplicem, non autem per conditionalem in favorem certæ personæ, unire potest Episcopus vigore Concilii *cit.* c. 13. Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. ejusdem Concilii referunt Gonzalez ad *Reg.* 8. *Cancell. gloss.* 14. num. 10. Barbosa *supra* Concil. *cit.* *cap.* 18. num. 47. & in *Summa loc. cit.* num. 2.

Beneficiorum unio non potest fieri seminario non dum erecto, & in quo Scholares actualiter non adsunt. Sacra Congreg. Concil. apud Gonzalez ad *Reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. num. 68. Barbosa in *Summa loc. cit.* n. 5. Garciam *loc. cit.* part. 12. *cap.* 2. num. 193. & 294.

Seminario unio non possunt Abbatis, Prioratus, & Monasteria Conistorialia, seu beneficia quovis modo Apostolica auctoritate commendata, obtenta, seu obtinenda per S. R. E. Cardinales, seu veros, & proprios Papæ Familiares, Nuntios Apostolicos, & Secretarios Congregationum, quibus iidem S. R. E. Cardinales intersunt: Sic novissime expresse statuit Benedictus XIII. constituit. *incipit.* Creditæ §. 5. quæ ad litteram refertur sub *verb.* Seminarium in *fine*, estque diligenter attendenda, & omnia supradicta juxta ejus dispositionem intelligenda.

Beneficium legitime unitum non dicitur amplius vacare, nec conferri potest Ludovic. *decis.* 77. num. 3. Ventriglia *loc. cit.* num. 27. Gonzalez ad *Regul. de mensibus gloss.* 5. §. 7. num. 7. & alii passim.

Uniones legitime factæ sortiri debent effectum, non tantum cum unita beneficia vacare contigerit per obitum, sed etiam per resignationem, eaque de re poterit Episcopus Datariam docere. Sacra Congreg. Concil. apud Garciam de *benefic. part.* 11. *cap.* 4. num. 35. & Barbosa *Summ. Apostolic.* *decis. verb.* Unio num. 5.

Unde beneficium unitum non potest resignari ad favorem, non facta mentione de unione, aliis resignatio non tenet, & gratia est subreptitia. Rota *decis.* 3. *de verum permitt. in antiquis.* Oldrad. *consil.* 237. num. 20. & *seq.* Patens *decis.* 377. n. 4. lib. 1. Parisius *designat.* lib. 7. q. 9. num. 41. & *seq.* testans de communi.

Uniones perpetuæ à 40. annis citra ad publicationem Concilii Trident. factæ examinari possunt ab Ordinariis, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtenta fuerint, irritæ declarari debent. Sic expresse Concil. Trid. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 6. Illæ vero uniones, quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis instantibus causis coram Locis Ordinatio vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constituerit, per subreptionem obtentæ censeri debent, ac propterea nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino carent. Ità expresse Concil. Trid. *loc. cit.*

Item per Regulam 12. Cancellaria ab omnibus Pontificibus fiet, & publicari solent postriede sua assumptionis ad Pontificatum revocantur omnes uniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum ante publicationem dictæ Regulæ. *Communis*, textu expresse in dicta 12. *Regula Cancellaria.*

Dicitur autem Unio sortita effectum quoad dictam 12. Regulam, & citat. decretum Concilii Trident. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 6. & *sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. *vers.* Insuper accessiones: quando ipsius vigore capta, fuit possessio Beneficii uniti ante publicationem dictæ regulæ vel saltem in parte effectum sortita fuit tempore publicationis Concilii. Rota in *Burgen. Unionis* 26. Nov. 1588. coram Orano & Commari Doctorem.

Unio, cum sit quid facti, non præsumitur in dubio, sed probari debet ab eo, qui factum asserit. Rota *decis.* 577. num. 5. lib. 3. part. 3. *divers.* & *decis.* 223. num. 5. part. 1. *receptor.* & Doctores communiter.

81 Probatum autem Unio pluribus modis. Primo per authenticum instrumentum, seu litteras ipsius Unionis. Rota part. 10. *recept.* *decis.* 351. num. 2. & part. 11. *decis.* 305. num. 2. alibi. Secundo ex visitationibus Ordinarii, in quibus beneficium ut unitum visitatum fuit. Rota part. 10. *recept.* *decis.* 9. sub num. 11. & 21. *de decis.* 48. num. 7. Tertio ex enuntiativis antiquis, & multiplicatis. Rota *recept.* part. 5. tom. 2. *decis.* 441. num. 1. part. 7. *decis.* 50. num. 12. part. 8. *decis.* 246. num. 9. part. 10. *decis.* 152. num. 1. & *seq.* & alibi. Quarto per publicam vocem, & famam, & ex communi reputatione. Rota part. 10. *decis.* 9. num. 6. & sub num. 21. Quinto ex diuturnitate temporis, & ex longissima observantia. Rota *recept.* part. 5. tom. 2. *decis.* 441. num. 4. part. 10. *decis.* 48. num. 6. part. 15. *decis.* 215. num. 12. Sexto ex actibus Jurisdictionibus exercitis in Beneficio, quod prætenditur unitum. Rota *recept.* part. 18. tom. 1. *decis.* 32. num. 16. Septimo ex denominatione beneficii tamquam membri, & pertinentiæ alterius. Rota *recept.* part. 7. *dec.* 50. num. 11. Octavo ex præsentationibus factis in vim Tituli Unionis. Rota *recept.* part. 9. tom. 2. *decis.* 330. num. 26. Nono ex creatione Vicarii perpetui cum assignatione congruæ, & onere solvendi certam portionem fructuum ipsi beneficio, cui Unio facta fuit. Rota *recept.* part. 4. tom. 2. *decis.* 485. num. 15. part. 5. tom. 2. *decis.* 441. num. 3. part. 10. *decis.* 152. num. 5. Decimo si possessor unius Ecclesiæ percipit pacifice fructus Ecclesiæ unitæ. Rota *recept.* part. 6. *decis.* 18. num. 8. Undecimo ex taxa annua illius Ecclesiæ tamquam subjecta alteri confirmata ab Exeatore Apostolico. Rota *receptor.* part. 10. *decis.* 152. num. 8. Duodecimo ex Domus, & Salariorum assignatione. Rota part. 10. *decis.* 48. num. 5.

82 Unionem beneficiorum dissolvere, & revocare potest omnis, qui potuit illam facere, *Communis*, de *argum.* *cap.* Omnis res i. de *Regul. Juris*, ibi: Omnis res per quamcumque causam nascitur, per eandem dissolvitur. (Lit. M. pag. 168. num. 28.) Et Episcopus dissolvere potest non solum unionem à se factam, vel à suo Prædecessore, sed etiam illam factam à Papa ex ordinaria potestate, non tamen factam à Papa ex plenitudine potestatis, Garcias de *benefic. part.* 12. *cap.* 2. num. 304. Azorius *Institut. moral.* part. 2. lib. 7. *cap.* 29. *quest.* 5. & 6. Barbosa lib. 3. *Jur. eccles. univers.* *cap.* 16. num. 68. Ventriglia *loc. cit.* §. 2. num. 23. & alii.

83 Pro dissolvenda tamen tali unione requiritur, quod cesset causa, propter quam facta fuit, vel aliis interveniat causa necessitatis, & utilitatis Ecclesiæ, utpote quia unio redundat in majus ejus damnum, & insuper requiritur causæ cognitio, consensus Capituli, & citatio eorum, quorum interest unionem non revocari. Rebuff. in *praxi* tit. de Unionis revocatione num. 6. Azorius *loc. cit.* *quest.* 6. Garcias *loc. cit.* num. 308. Barbosa *loc. cit.* num. 68. Ventriglia *loc. cit.* num. 24. & alii.

84 Alià ad rem. Vide *verb.* Dismembratio, *verb.* Seminarium.

85 Vulgo traditur, unionem inter odiosa collocandam esse, regulariter interdiciam, non promovendam, adeoque in dubio contra eam pronuntiandum: Confer *Tarriec. de union. benefic.* part. 3. q. 883.

86 Porro inficias haud imus, uniones regulariter, & sic non facile fieri debere, si fiant magis per modum exceptionis, quam Regulæ suscipiant. At non statim generatim unio inter odiosa referri debet. Necessitas, & utilitas præstant justum unioni causam; *cap.* 33. *de Præbend.* At vero quod ex hac causa fit odiosum, & probrosum, reparandum est. An non salus Ecclesiæ suprema lex esse debet? Unio sane temporalis, quæ fit ad vitam ad quæstum Beneficiorum cum Ecclesiæ detrimento: præter necessitatem, odiosa, eaque propter explodenda est.

87 Agendum hic esset de diversis effectibus, qui fiunt à diversis speciebus unionis, ab unione scilicet per subreptionem, ab unione per confusionem, seu suppressionem, & ab unione æque principalii. At latior est hæc

materia, quam ut in hisce additionibus concludi queat. Satis sit indicare eos, qui de his egregie præ ceteris tractarunt, nimirum Bohemer. in *Decretal. lib.* 3. tit. 5. d. §. 180. ad plur. *seq.* Slevogt. de union. *sect.* 3. c. 1. & (Vid. *Reg. Ord.* 12. Jun. an. 1769. *cap.* 9. §. 13. & *seq.* *quæ lit. D.* pag. 73. invenitur: Vid. etiam Bull. quæ incipit. Apostolici Ministerii: *verb.* Forum.

VOTUM.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt Voti naturam, divisionem, & materiam, & interpretationem.

Voti nomen accipitur variis modis. Primo à Grammatico accipitur pro desiderio ut *Proverb.* 31. ibi: *Quid dilectæ cogitationum meorum?* id est, desideriorum, & in eadem nonne Missæ: Tibique reddunt vota sua, id est, pia desideria, preces. Secundo à Juristis accipitur votum pro suffragio vel calculo in electionibus, vel consiliis. Tertio accipitur à Theologis proprie, & strictè votum pro promissione Deo facta, ut *Ecclesiastic.* 5. ibi: *Si quid voluerit Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infideliter, & stultè promissio.* & *Psal.* 26. *Redde Altissimo vota tua,* & de voto juxta hanc ultimam acceptionem erit hæc sermo.

Votum igitur sic acceptum rectè definitur, quod sit promissio deliberata, & voluntaria Deo facta de meliori bono. Sic *Communis Doctores*, cum S. Bonaventura in 4. *distin.* 1. q. 1. S. Thoma 2. 2. *quest.* 88. *art.* 1. Scoto in 4. *dist.* 38.

Dicitur primo promissio, id est, non simplex propositum, sed voluntas firma, & constans sese obligandi ad aliquid agendum, vel omittendum, ita ut ex tali promissione Promissario, videlicet Deo, Jus acquiratur ad exigendum sibi promissum. Promissio enim est deliberata & spontanea fidei obligatio facta alicui de re bona, & possibili. Et propositum est sola voluntas faciendæ, vel omittendæ aliquid. Unde hoc est discrimen inter propositum, & promissionem, quod propositum est simpliciter sola voluntas faciendæ, vel omittendæ in futurum aliquid; Promissio autem sit voluntas aliquid faciendæ, vel omittendæ in futurum aliquid tamquam debitum, seu ex obligatione: sicque Promissio addit propositum voluntatem se obligandi alteri, ut hic in nostro casu voti se obligandi Deo; utcumque enim propositum sit firmum, ac deliberatum, numquam evadit votum, quædam abest voluntas se obligandi, ut clare habetur ex *cap.* Literaturam tuam 3. *de voto.* & *voti redemptione*; ubi cuidam Magistro consulenti ita respondit Alexander III. Summus Pontifex: *Cum ex quadam minutione, seu missione sanguinis, nimia fuisset mortis pavore perterritus, hæc verba prolatus, non diu hic morabor, proponens in animo, quod Religionis habitum esses aliquando suscepurus. Tunc igitur respondens, quod si plus non in voto processeris, transgressor judicari non poteris, si non impleas quod distixi.* Sic Pontifex manifestè significat solo propositum, quantumvis sancto non constituit votum, idque ob defectum intentionis, seu voluntatis se obligandi. Sic Doctores communiter.

Dicitur secundo deliberata, quia promissio subita, & inconsiderata non sufficit ad rationem voti. Vovens enim debet plene advertere, & cognoscere materiam, quam vover, cum deliberatio importet advertentiam, & cognitionem materiæ cum libero & expedito interiorum sensuum usu. *Omnes*, *hulli* in *cap.* Unde tanta deliberatio requiritur, & sufficit ad votum, quanta requiritur & sufficit ad peccatum mortale. Sic Doctores jam fere communiter post Glossam in *cap.* Mulier 14. *caus.* 32. q. 2. dicentem expresse, quod qui potest se obligare diabolo, peccat & Deo, cum non videatur plus, aut minus requiri & sufficere ad obligandum se Deo per votum, quam ad se obstringendum diabolo per peccatum mortale. *hulli* in *cap.*

Dicitur tertio voluntaria, id est, cum libero voluntatis

BIBLIOTECA CENTRAL